



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

# ASSERTIO

NES THEOLOGICAE

ea continentes quæ in Iacobi et Iudæ Epistolas

ANNOTATIONE

digna uisa sunt.

Proponuntur in disputationes futuras ante instaurationē studiorum in templo Societatis I E S V , defendendæ ab uno ex Theologicis auditoribus Collegij eiusdem Societatis, Præside Theologie in eodē Collegerio Professore.



Romæ In AEdibus Societatis

I E S V .

1556

Digitized by Google

17

## IN IACOBI EPISTOLAE CAP. I. ASSERTIO PRIMA.

**E**PISTOLAM quae Iacobi dicitur, Iacobi esse non est minus certum, quam Pauli Epistolas esse, quae Pauli dicuntur; quandoqdem utrisq; Ecclesiam authoritatem desisse ex conciliis, decretisq; Pontificum, manifestum est. Nec tamē idcirco uera esse credenda sunt, quae in scriptura sacra continentur, quod ea Canonica esse, Ecclesia determinauerit; sed quod à Spiritu Sancto inspirata sint: nō enim illis Ecclesia ueritatem dat, sed authoritatem: idest uerba esse Spiritus Sancti declarat, nō facit: quod (si quis recte intelligat) non est uera efficere scripturam, sed eam ueram esse certissimamq; ostendere.

### I I.

**P**O R R O de ordine epistolarum, quare nimirū hæc alias præcedat, nō video cur quis debeat esse sollicitus, cū neq; nesciessit scire, quid illum mouerit qui primus epistolas distinxit ut hunc ordinem seruaret, neq; omnes uideamus uel in re hac, uel in reliquis Testamenti libris eundem per omnia ordinem distinctionemq; secutos.

### III.

**I A C O B V S** Dei et Domini nostri

**I E S V** Christi seruus et c.

**M. E R I T O** reprehenditur Cajetanus hoc loco, qui salutationem hanc puram dixerit, idest (ut ipse interpretatur) nihil simile habentem aliorum quæ Apostolicæ sine controvèrsia sunt, nihil deniq; Dei, nihil Jesu Christi, nihil gratiae aut pacis cotinentem, sed more prophano salutem mitti. ubi mirandum profectò est, hominem aliqui acutissimum in salutatione Christiana non agnouisse gratiam & pacem, neq; in

### A i i

seruo Iesu Christi, aliquid Christi, aut dei uidisse: quādā  
deniq; alienum sit à prophāo more quo gloria propria quæ  
ritur, in eo q̄ Christi seruus sis, gloriari. Certe qui agnouit  
in epistola ab Apostolis missa, salutationem Apostolicam,  
bic eam nulla debuit ratione negare.

III

**N E C** uerò quenq; mouere debet, quod nomen Apostoli hic uia  
deat prætermissum: nā id neq; ab omnibus uidemus aposto-  
lis obseruatum, ut in epistole principio, Apostoli nomine utes-  
rentur: quod uidere est in iōannis & iudei epistolis. quod si  
quis obyciat eam fuisse cauſam cur non fuerit habita certa  
omnino illarum authoritas, huic obyci uicissim potest, neq; illa  
lam Pauli d.cendā quæ Petri epistolæ non per omnia similis  
est: immo neq; omnes Pauli esse quæ eius dicuntur, quia nō  
in omnibus idem salutationis modus adhibetur.

V

**D V O D E C I M** Tribubus  
quæ sunt in dispersione.

**S V P E R V A C A N E A** uidetur hoc loco illa ques-  
tio: quomodo duodecim tribubus dispersis scribat, cum decē  
in captiuitate abductæ nunq; inde rediſſe legantur; Quicq;  
quid enim de hac re quis ſentiat, illud certe negari nō potest,  
ex omnibus tribubus, aut fuisse cōuersos aliquot, aut potuif-  
se cōuerſi: ys ergo quid mirum est si scribat Christi Apo-  
ſtolus, ut habeant uidelicet et qui Christiani ſunt, et qui alia  
quādo fuerint, quo in accepta fide iſtituantur; Nam et nos  
bis etiam, qui tamen nondum eramus, quis non uidet Iaco-  
bum tum ſcripſiſe;

## V I

**O M N E** gaudium existimare fratres. &c.

**I N I T I V M** hoc epistolæ, ut daret, eo uidetur consilio facilius, ut quia dispersis Christianis, et inter uarias nationes uariosq; ritus degentibus scriberet, quibus uidebat nō defusuras persecutiones, eos appositissimi huius remedy admoneret, indicans non defuturam cōfolationem, si quod aduersum uidetur, prosperum ducerent, quodq; maxime esset molestū, ut suauissimum amplecteretur. Prosperum etenim, suauissimumq; habendum est, quod in cælestem uitam beatamq; ducit; ut non immerito à conspectu Concilij gaudētes iùm Apostoli discessisse legantur, cum digni habiti sunt pro Christi nomine contumeliam pati.

## V II

**I N F I R M O** admodum argumento uti hoc loco. Catharistinum ad suam de gratiæ certitudine opinionem confirmans dicunt. Quasi uero uel gaudere non possit qui certus non est se esse in gratia Dei, uel non aperte. Diuus Iacobus eius gaudi, de quo mentionem fecerat, ratione reddat. Scientes (inquieti) quod probatio, et c. abude enim magna se se iustis offert gaudi materia, cum in se uirtutem perfici uident, qui hanc scirent Dei esse uoluntatem, ut perfecti sint, sicut et ipse perfectus est. Nec æquum est de Dei uoluntate tam humiliter sentire, ut ea ad gaudium sine gratiæ certitudine sufficere non credatur.

## V III

**C V M** in tentationes uarias &c.

**T E N T A T I O N V M** nomine non eæ solum intellegende uidentur quæ extrinsecus ita adueniunt, ut animum ad peccatum non allificant, sed & illæ, quæ a concupiscentia

mouentur possunt hoc nomine comprehendendi, cum præfertim non minus patientiam probent, et operentur.

I X

P R O B A T I O Fidei Vestræ

Patientiam operatur et c:

P R O B A T I O hoc loco illam significat explorationē uirtutis, quæ per uarias fit tribulatiōes, quæq; patientiam perficit, & confirmat. nam cum Paulus ait, Patientia probationem operatur, alio sensu probatio accipienda est, significat enim in eo quenq; perfectum ostendi & probari, quod patiens est. Probatio itaq;, de qua iacobus loquitur, tentatio quædam est, & uia in illam de qua fit sermo a. Paulo (a quo que hic probatio dicitur tribulatio seu afflictio uocatur) iūm enim quis probatus appareret, cū uarijs tētatiōibus agitatus, firmus persistisse inuenitur, et nūlla ī re a uirtutis perfectiōe dimotus.

X

P A T I E N T I A autem opus perfec-

tum habeat & c.

S I V B habeat legatur, siue habet, idem prorsus sensus est. ita enim tota hæc oratio legenda uidetur. scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur, quodq; patientia opus perfectum habet, quasi dicat sciētes præterea tūm uos perfectos esse, cū patientiam possidebitis, quare minus hoc loquendā probanda est Brasmi translatio, quæ bunc sensum nō uidetur posse admittere.

X I

V T S I T I S perfecti

& integræ

Q V I S hic non uideat crassissimas hæreticorum tenebras qui Christianis derogant perfectionem, alijs nimis concedere

19

**nō audētes, quod in se ipſi experiri nec poffunt, nec merētur.**

XII

**S I V I S autem ueſtrum**

**indiget ſapiētia et c.**

**I**D ideo additum uidetur, ut intelligamus quae dicta ſunt, non  
eſſe ſapiētiae huius mundi, ſed Christiane philoſophiae Dei q;  
donum; qua propter ſi quis nō capiat quomodo in tentationibus  
tantopere gaudere quis poſſit, is a Deo poſtulat, qui liberaz  
liffimus eſt, nec hominibus ſimilis, qui cum multa dederint ſi  
plura petantur, im properant, illa nimirum quae dederat com  
memorantes, ſeq; multa iam dediſſe obijcentes, cum contrā  
conqueratur potius Deus, quod nō inueniat qui accipiat, neq;  
tam multa unq; det, quin plura dare ſit paratiſſimus.

XIII

**A F F L V E N T E R.**

**S I P R O** affluenter legas ſimpliciter, is erit, idemq; cū illo,  
ſenſus. Deum eo animo, eaq; ſimplicitate dare, ut quantum in  
ſe eſt plura in dies uelit, maioraq; coſerre, longeq; ab illo eſt  
ſe illam hominis duplicitatem, qua & ſi in eo quod dat plura  
etiam adiucere uelle uideatur, geſlat tamen aliud quandoq;  
in animo, neq; ita ſentit.

XIV

**P O S T V L E T A D E O .**

**B R E V I** illos oratione condemnat, qui uel ſibi plus aequo triz  
buunt, uel Deo minus quam debeat. Docet enim ita homini  
de ſe atq; Deo ſentiendum, ut bonum neq; niſi illius liberaliſ  
tate & gratia, neq; ſine aliquo ſuo ipſe opere debeat expec  
tare. Etenim Deus homines neq; uult eſſe negligentes, neq;  
ingratos, ſed ſua ab hiſ dona & agnosi, & queri diligenc  
ter.

**P O S T V L E T** autem in Fide  
nihil hæsitans.

**M I R O R** certe & hic aliquid uidisse Catharinum, quod ad gratiæ certitudinē probandā valere quicquam possit. Quod uero iacobus ait (nihil hæsitans) ita intelligi potest, ut hæsitate non debeat in eo quod dictum est, Dei silicet largitate, et animo ad benefaciēdum promptissimo: uel in eo sensu accipi, quo Christus dixerat, Omnia quæcūq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis. Posset & tertio ad eos referri, qui quadam amicitia familiaritateq; Deo coniuncti, summa eum confidētia petunt & obtinent ab eo quod uolunt, nisi plurimos hoc loco alloqui uideretur, atq; adeo illos, qui ad eam nōdum perfectionem peruenérant, quæ paucis annorum est, eorumq; qui hac admonitione non uidentur magno pere indigere.

**N I H I L H A E S I T A N S :**

**P E R I N D E** est siue hæsitans legatur siue dijudicās. Qui enim hæsat, dijudicat, & uel, quasi in iudicio diuisus, certus non est in utram potius partem inclinet: uel, non simpliciter, firmiterq; credēs, secus iudicat quām par sit. Qua dijudicās di significatione uidetur Diuus Paulus usus fuisse, cū ita disxit. Qui autem discernit, seu, ut ali⁹ legunt, dijudicat, si mās ducauerit, damnatus est, quia non ex fide, id est qui hæsita uerit seu dubitauerit, in eoq; dubio manducauerit, in eo condemnatur & peccat, quòd contrā cōscientiam agit, quæ dūbia est.

## XVII.

**N O N E R G O** Existimet homo ille, quod  
accipiat aliquid à Domino.

Non id dicit quasi Deus aut dare non possit etiam illis; aut non soleat, sed id significat; si uim species orationis, & dispositionis, non esse cur qui habet, expectet à Deo, quod petet. Nam qui animo est duplice, facile ab eo mouetur, quod aut proposuit, aut credidit; unde & ei magis illa animi diffidentia obest, quominus impetraret, quam profuerat ad impetrandum confidentia. quod si legi posset, non ergo, uel, non enim existimat homo ille et c. illa mihi lectio ualde placet, significareq; illum sibi planè non constare, qui pessat quasi accepturus, & tamen se acceptum diffidat.

## XVIII.

**G L O R I E T V R A V T E M F R A**  
ter humiliis in exaltatione sua.

**H O C** Ed pertinere uidetur, ut ostendat in tribulationibus non modo gaudendum esse, sed & gloriandum; considerata nimirum sublimitate, uel ea, ad quam Deus humiles alii quando euehet, unde & inferius dicit, quoniam accipiet coronam uitæ: uel ea, quæ in ipsa pro **C H R I S T O** persecutione sita est: maximè namq; exaltatur à Deo is, cui pro **I E S U** nomine pati contigerit.

## XIX.

**D I V I S A V T E M I N H U M I L I T A T E S V A.**

**V E L** hic subintelligi oportet, pudet, uel repetendum, sed ironice, glorietur, quod ex sequentibus satis indicatur, uideturq; ut pauperis nomine intelligitur qui animo pauper est, ita diuitis nomine intelligentus, qui affectu possidet, seu possidetur potius à diuitijs.

## B

X X .

N E M O cum tentatur dicat quoniam

. Deo tentatur.

A D M O N E T U R hoc loco quisq; propriæ cognitionis, et si  
enim Deo permittente, nobisq; in ea re consulente, tentatioz  
mibus exercemur, nullo tamen modo credendum est, id quasi  
Deo ad peccatum impellente, accidere, sed in nobis esse à  
qua tentamur, concupiscentiam, quæ cum delectationem usq;  
ad consensum perducit, hominem peccato interficit.

X X I .

D E V S enim intentator malorum est.

S I V E actiùè, siue passiùè sumas, uera est sententia. Deus  
enim neq; malo mouetur, neq; ad malum mouet. quod ex  
eo probari potest, quod additur, omne datum optimum etc.  
ide est tantum abesse à Deo ut ad malum inclinet, ut misere  
das tentationes auxilium ferre promptissimus sit, ad inducē  
das ferre non possit, cum luminis pater sit & non tenebras  
rum, cuius uel illud est manifestum argumentum, quod nos  
per fidem genuit, nō quidē nostris (quæ nulla erāt) cōmotus  
meritis, sed propria, quæ infinita est, charitate adductus.

X X I I .

V I C I S S I T U D I N I S obumbratio.

S I V E ita legas, siue cum Augustino, momenti obumbratio,  
seu momentanea obumbratio, idem utraq; lectione significa  
tur, scilicet in Deo non esse illam solis uariationem, qua dies  
noctibus, uicissimq; noctes diebus succedunt, quaq; anni tem  
pora distinguuntur, cum sit & immutabilis in se, & ubiq;  
semperq; præsentissimus.

21

### XXII.

**V T S I M V**'s initium aliquod Creaturæ eius.

**I N T E L L I G I T** uel spiritus primitias, quas Apostoli, pris  
miq; Christiani acceperunt, uel illorum dignitatem, qui per fi  
dem uiuam facti sunt filii Dei, eiq; per gratiam charissimi.

### XXIII.

**S C I T I S** fratres mei Dilectissimi, sit autem  
omnis homo etc.

**E T** hæc lectio, & illa, itaq; fratres mei dilectissimi sit omnis  
homo etc. eundem sensum habent; disponi nimirum nos ope  
rare, ut in nobis, id de quo dixerat, generationis initium con  
seruetur, quod fieri ait humilitate audientis, silentioq; medi  
antis, et expectantis patientia.

### XXV.

## T A R D V S A D I R A M.

**V E L** non eadem est hic tardi significatio, ut cum dicitur tar  
dus ad loquendum, cum loqui liceat, irasci autem, secundum  
Iacobi sententiam, minimè, aut non eodem modo utrobiq; su  
mitur ira, sed inferius ira quæ cum uitio est, intelligitur: ad  
iram autem tardi esse iubemur, ne in iræ uitii incurramus.

### XXVI.

**Q U A P R O P T E R** abiçientes  
omnem immunditiam.

**I D E S T**, quod in silentio, meditationeq; fieri debet, abiçienda  
nimirum pellend aq; à nobis est immunditia omnis, & mali  
tia, quæ duo uniuersa mala complecti uidentur; quamuis  
enim omne malum immunditia quædam sit, & omnis immudi  
tia malum, quædam tamen in malis sunt, quæ in se præ alijs  
quandam contineant foeditatem.

B ij

X X V I I .

S V S C I P I T E insitum uerbum.

I N S I T U M Dicitur, ut quibusdam placet, quod naturale non sit, naturaliue ratione inuestigabile, sed absconditum à saeculis in Deo, nobis autem reuelatum, nostrisq; insertum. mentibus per filium eius J E S U M Christum Dominum Nostrum.

X X V I I I .

Q V O D P O T E S T S A L V A R E

S A L V A T uerbum hoc animas nostras eo modo quo fides, hæc enim est uerbum illud, quod prædicatur, quodq; in mansuetudine, & non in contentione suscipiendum est. Fidem autem intellige formatam, per hanc enim, secundum Paulum, iustificamur; quod si uerbi nomine Christum intelligas, idem sensus fuerit, nam & Christus, non nisi per fidem animas saluat.

X X I X .

Q V I A V T E M perspexerit in lege perfectio libertatis.

H I C locus mirè conuincit haereticos, cum enim libertatem Euangelicam explicet, ostendit in suo quemq; facto fore beatum, qui etiam superius dixerat, gloriam esse coronam uitæ, quod si illi uel aduerterent, uel crederent, maiori profecto bonis operibus studio incumberens.

X X X .

P O R R O lex Euangelica perfectio libertatis, seu perfecta libertatis dicitur; perfecta quidem, quod hominem ad perfectionem perducat, quod lex Mosaica præstare nunquam patuit, libertatis autem, quod amore ducat non timore, est enim

enim, ut uno uerbo dicamus, legis Euangelicæ summa, gratia seu Charitas diffusa in cordibus nostris, in qua est, & hominis perfectio, & summa libertas, quæ etenim in veteri lege fuit, primisq; illis in patribus uiguit, quatenus in ea lex Euangelica continebatur, illiq; ad nouum ( secundum Augustinum ) testamentum pertinebant.

## XXIX.

**R E L I G I O** Munda & immaculata apud Deum.

**P A U C I S** verbis Christianæ religionis summam expressit, quæ in cordis munditia coram Deo, bonisq; operibus sita est. Inter opera uero bona illa præcipua sunt Deoq; gratissima, quæ in afflictos indigentesq; conferuntur.

## IN CAPUT Secundum.

**A s s e r t i o p r i m a.**

**N O L I T E** in personarum acceptione habere fidem Domini Nostri IESU Christi glorie.

**Q**VI supra beatos, pauperes humilesq; prædicauerat, in eos inuebitur, qui illis spretis diuilitum magnatumq; persona accipiunt. Quod uero ait, non habendā fidem Domini nostri IESU Christi, id significat, aut non profuturam ijs, qui personam accipiunt, aut personarum acceptiōnēm Christiano homine indignam esse. Illud autem Christi glorie, pro qui est gloria nostra, uel glorioſi, iuxta hebræorum modum, accipiendum eſe, non uidit Erasmus, qui pro gloria opinionem uertit.

## II.

**N O N N E** Iudicatis apud uosmetipſos.

**Q V O D** alij legunt, & non, seu nonne dijudicati eſtis in uobis ipſis, eundem ferè ſenſum facit, qui magis perſe-

quentia explicatur, eos uidelicet iudices factos cogitationum :  
seu ratiocinationum iniquarum, id est male cogitasse, & iudi-  
casse qui diuitiarum rationem habuerint, & non probitatis,  
quod qui faciunt, & iudicant apud se male, & non iudi-  
cantur in seipsis, i.e. non se examinant ut recte iudicent. De-  
niq; in ipso, quod intus habent, iudicio se condent: in quam  
sententiam Paulus dixisse uidetur: Beatus qui non iudicas  
semetipsum in eo quod probat, i.e. ita probat ut se non male iu-  
dicando condemnet: & alibi saepe iudicio utitur pro condes-  
natione. Poteſt & huius loci sensus esse, nonne iudicatis seu  
iudicati eſtis, i.e. nonne iudicatis uos tanquam peccantes, qui  
ſic de proximo ſenſeritis; quaſi dicat, facile erat peccatum  
agnoscere, quo male de proximo ſenſeratis.

### III.

**H A B R E D E S . Regni quod repromisit**  
Deus diligentibus ſe.

**E**x hoc, ſimilique ſuperius loco colligere licet, in ſola Dei dilec-  
tione meriti rationem principium iq; confiſtere, quicquid, n.  
in charitate fit, promiſſionem habet uita eternae, quod uero  
dilectione caret, quamuis alioqui magnum, iuxta Pauli ſen-  
tentiam, nullius eſt apud Deum momenti.

### IV.

**N O N N E i p ſi blaſphemant bonum**  
nomen etc.

**I**D De diuitiis infidelibus intelligi, non eſt neceſſe, cum non  
ſolum poſſit de fidelibus etiam intelligi, ſed de hiſ ſolis ui-  
deatur Apoſtolus uifſe locutus.

### V.

**L E G E M R E G A L E M .**

**E**ximium eſſe, & nobile praeceptum de proximi dilectione ſi:

gnificasse uidetur, ut pole quod ex Pauli sententia uniuersam legis perfectionem contineat.

V I.

Q V I C V N Q V E Totam legem seruauerit,  
offendas autem in uno, factus est  
omnium reus.

H V N C Locum ita intelligimus, ut significare uoluerit, pa-  
rium prodeesse homini. quicquid boni fecerit, uel quotquot:  
præcepta impleuerit, si uel unum transgrediatur, cum id  
non minorem uim habeat ad eum condemnandum, quam si  
cuncta fuisset transgressus: neque enim satis est ei qui fur  
to, & fornicatione interdixit si castè uiuas, nisi, & manus  
à re aliena contineas: si hoc solum facies, & illum contem  
nis qui legem dedit, & ipsam legem, totamq; quodammodo  
violas, cum per te integra manere non possit.

V T I.

S I C V T per legem libertatis incipientes  
iudicari.

D, Vel ideo dictum uidetur quòd, ut ait Paulus, grauius iudi-  
cium maneat legis Euangelicæ, quam Mosaicæ transgresso-  
res, quanto nimirum in ea & abundantior est gratia, &  
clarior Dei perfectiorq; cognitio, nullamq; excusationem  
sint habituri, qui libertatis legem. i. iugum Christi suave  
non tulerint, tanto præsertim gratiae præsidio munitū, tan-  
toq; gloriæ præmio commendatum: uel eos obligationis ad-  
monet, qua per legem Euangelicam sunt obstrikti: cui enim  
multum datum est, multum exigetur ab eo; qui tamen sensus  
non ab eo nimium differt, de quo prius diximus.

S V P E R exaltat autem misericordia iudicium.

I L L A Lectio quæ superexultat habet , seu gloriatur aduersum iudicium , ab hoc sensu non differt : sic enim locus hic intelligendus uidetur , misericordiam eius qui misericordia usus fuerit , super iudicium collocare seu collocari , & quasi exultare , gloriariq; quod iudicium uicerit , ab eiusq; manibus hominem eripuerit . vnde & Christus beatos dicit misericordes , quoniam misericordia consequentur , et Iacobus , quam sint huiusmodi opera necessaria ostensurus addit , quid proderit fratres mei etc.

I X.

S I C B T fides si non habeat opera , mortua est  
in semetipsa .

M O R T V A M esse fidem sine operibus , ita est intelligentium , ut explicat Iacobus ; ut enim nudo si consilium des , non uestem quæ tegat , nihilominus nudus manet , ita si te sola fides instruat , neque præterea opera addat , quæ docet , non resurges in uitâ , nullus enim nisi per charitatem uiuiscatur , charitas autem , si est , otiosa non est , alioqui si quis quod iubetur non facit , in eo non amare conuincitur . Mors tua ergo est fides sine operibus , quia charitate destituitur qua anima uiuit , uiuuntq; cæteræ animæ uirtutes .

X.

O S T B N D E fidem tuam sine operibus .

Q V A M V I S utrumq; horum , scilicet sine operibus , seu ex operibus , superfluum uideatur , tamen utcunq; legas , ea dem est sententia : si quis enim opera non habet , cum ex coquæritur , ut ostendat fidem suam , perinde est , siue ex operibus quis , siue sine operibus eam sibi ostendi postuleat ; non enim

enim queritur, ut ex operibus ostendat, quasi opera habeat: in  
mo ita dicitur, ut quia ea non habet, conuincatur fidem non  
posse ostendere. Loci itaq; buius sensus est, irridendum se  
exhibere, qui cum opera non habeat, fidem se habere glos-  
riatur, cum in promptu sit, ut ei quis dicere possit: ostende  
mibi fidem tuam qui opera non habes, ostende, in quam, ex  
opere aliquo, quod cum ille non possit, fuerit certè merito ir-  
ridendum, uel ab homine infidelis, qui cum aliquo in speciem  
bona opera habeat, dicere ludens possit, se potius fidem ha-  
bere qui opera aliqua ostendere queat, ille qui fidem se dicit  
sunt, non queat.

## X I.

## ET DÆMONES credunt.

**C**REDUNT Dæmones, sed committi miraculis, neq; illa fi-  
des donum est infusum, sed naturalis quidam intellectus ase-  
sensus, qui fides dicitur acquisita; quod si ad illud referens  
dum hoc sit, quod de Dei Diuinitate credunt, non video cur  
illorum sententia absurda uideri debeat, qui eos dono fidei  
credere existimant.

## X II.

VIS Autem scire, ò homo inanis, quoniam  
fides sine operibus mortua est.

**I**D statim exēplo probat, et similitudine similitudine quidē hac,  
ut corpus sine spiritu mortui est, ita fides quae nō operatur  
mortua est. Neq; enim sine operibus inueniri potest fides  
uiua, ut neq; sine respiratione uiuum corpus. Exempla uero  
duo affert, in hunc modum: fidem solani, neq; Abraham,  
neq; Raab, ita iustificasse, ut, nisi opera adhibuissent, quae  
charitas requirit, iusti uiuamq; fidem habere dici potues-  
sent, sed initium tantum fuisse iustificationis in fide: perfer-

C

ditionem autem tum consecutam, cum oblati operadi occasio  
ne, opera etiam addiderunt. Atq; ita tum scripturam fuisse  
suppletam, seu adimpletam, quae Abraham iustum dixerat;  
tum fides, qua semper promptus fuerat ad operandum, per  
opera perfecta est, atq; adeo ipsa eius iustificatio: & hie  
uidetur huius loci germanus sensus.

XIII.

### ET AMICVS DEI

appellatus est.

**I**D ita potest intelligi, eo facto accepisse amici Dei nomen; non  
enim eo in loco, quem Iacobus citat, haec uerba habentur; uel  
significat iustificatum esse, non esse aliud, quam cum Deo  
in gratiam redire, eiusq; amicum fieri, atq; adeo in iustifi  
catione perfici, esse in Dei gratia amicitiaq; confirmari: unde  
et Deus quasi iam confirmata amicitia, interposito iuramento  
promissionem, quam antea fecerat, confirmauit,

XIV.

**SIC V T** *Enim corpus sine spiritu  
mortuum est.*

**V T** corpus sine spiritu corpus est quidem, sed non uiuum; ita  
fides sine operibus, fides quidem est, sed uiua non est, quia  
opera uiua, id est a Charitate procedentia, non aedit.

XV.

**V I D E S** quoniam ex operibus iustificatur ho  
mo, & non ex fide tantum.

**Q**uod Paulus Abraham iustificationem fidei tribuit, non  
operibus, ei contrarium non est, quod hic Iacobus afferit, non  
enim negat fuisse Abraham iustificatum sine operibus, sed  
dicit non profuturam, neq; duraturam fuisse illam primam

iustificationem, nisi opera addidisset. Itaq; uerum est quod Paulus ait, nos per fidem iustificari: sed fides hoc, cum non alia sit, quam que per dilectionem operatur, uerum etiam est, quod Iacobus affirmat, tum in iustificatione hominem perfici, cum non sola fide contentus, opera etiam adiaceat: que opera ut eum iustum non faciant, certè perficiunt, & in iustitia per fidem accepta confirmant, & ne ab illa excidat, atq; adeo moriantur, conseruant.

### IN C A P . T E R T I V M ,

#### Affertio prima.

**N O L I T E** Fieri plures magistri.

**M**agisteri ambitione dānat, non magistri scientiā: et si n. in multis offendimus oēs, tantò tamen severius subiuri sunt iudicium, qui magistri esse, & dici uolunt, quanto minus eum ulla excusatio defendit, qui sua ipse sponte tam arduam alios docendi prouinciam suscipit. Plures autem dicit, quod qui magisterium appetit, magistros plures, quam sint, esse uelit.

### I I .

**S I Q V I S** in uerbo non offendit, hic perfec-

**N O N** id dicit quod linguam moderari, hominis sit perfectio, sed quod, qui id potest, totum etiam corpus, id est cunctos animos affectus & actiones, uel reliqua corporis membra, possit intra rationis limites continere, ad evanq. modum dirigere, quo uidemus à perito seffore, pro ipsius arbitrio, equum frāno, nauimq; à nauclero temone gubernari: contra uero si ea negligatur, in periculo esse corpus, non secus atq; nauim neglecto temone, aut equum frāno reiecto.

c i y

III.

### ET MAGNA EXALTAT.

S B V exultat.

**I N E V M I D** Sensum dictum est, quo qui ita fæ  
roxit ut contineri non possit, & exultare dici potest, & se  
exaltare, atq; omnia uelle turbare: quod utinam non tam ue  
nè in hæreticorum linguis quadraret, qui cum uellent plures  
esse magistri, totam penè ecclesie faciem foedarant, eiusq;  
corporis maximam partem in infernum præcipitem egerunt.

IV.

### V N I V E R S I T A S iniquitatis.

**C V M** Omnia ferè mala à lingue uitio proficiuntur, non  
immerito ipsa mundus quidam dicitur, uniuersa in se mala  
concludens.

V.

### INFLAMM A T R O T A M

natuitatis nostræ.

**I D E S T** totum uitæ nostræ cursum, seu ab ipsa usq; natuitate  
conuerzionem ita contaminat, sicut modica ignis scintilla  
uniuersam quandoq; syluam incendit.

VI.

### INFLAMM A T A G e h e n n a .

**I D E S T** à gehennæ, inferniq; ciue Dæmone; uel à prauis as  
numi affectionibus Gehennaq; dignis excitata; uel id dictum  
est, quòd quasi ignem in se suscepit, ita cunctas animæ  
operationes instar scintillæ inflammet.

VII.

### L I N G V A M Nullus hominum domare potest.

**N O N** Quasi id Dei gratiæ non sit possibile aut facile,  
sed

26

sed quia res longè difficilima est, supraq; hominū uires, atio  
qui enim supra domari eam posse ostendit, cum dixit, si quis  
putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam etc.  
potest & interrogatiuē id legi, quasi dicat, qui sit, ut cum  
alia domentur uniuersā, malum hoc domari non possit;

### VIII.

**Q**VIS sapiens & disciplinatus inter uos; etc.

**A**D H O R T A T I O quædam est, ut in uirtutis studium  
incubant, illudq; magisterij desiderium in bonæ integracq;  
uitæ exemplum conuertant, in eoq; se sapientes ostendant,  
quod sine querela inter alios summaq; in tranquillitate uera  
sunt, à contentionibus, alijsq; quæ solent à terrena diabo  
līcaq; sapientia proficiunt, quam alienissimi.

### IX.

**N**O L I T E Mendaces esse aduersus  
ueritatem.

**D**VM scilicet tamquam sapientes gloriamini, cum reuera nō  
bil minus sitis quam sapientes, uel nolite illa aut facere, aut  
dicere, quæ pugnant cum ueritate; quod genus hominum in  
hereticorum Ecclesia frequentissimum est.

### X.

**T**E R R E N A, animalis, Diabolica.

**H**I S Tribus uidetur complexus concupiscentiam oculorum;  
& carnis, uitæq; superbiam, humanæ uidelicet sapientie  
fructus.

### XI.

**P**RIMVM quidem pudica est, etc.

**N**ON est difficile hic uidere quam longè sint à uera sapiens  
tia noui Euangelici uiri, qui in impudicitijs glorianter, pacē  
concordiamq; oderunt, qui deniq; animum ita in malo obfirz

marunt, ut dati videantur in reprobum sensum, & ad mortem usq; peccare.

XII.

IUDICANS sine simulatione.

IDEST ex animo reprehendens, uel, ut habet alia lectio, non dijudicans, non simulans, idest, neq; in condemnationem aliorum prona, neq; tamen dissimulans, ubi correctione opus est, uel nihil more hypocitarum simulans.

XIII.

FRUCTVS autem iustitiae in pace  
seminantur, facientibus pacem.

FRUCTVS iustitiae, opera sunt à iustitia procedentia, que si suo tempore non proferantur, dubium non est, quin sit eiusmodi arbor iuxta Christi D.N. sententiam, Ioannisq; Baptiste testimonium, excidenda. seminantur autem fructus hi in pace, facientibus pacem, idest ab his qui pacem amplectuntur, quiq; hic in pace uiuentes, seminant opera usq; in beatitudinem coelestem crescentia.

IN CAP. IIII.

Assertio prima.

NONNE ex concupiscentijs, uestris etc.

QVOD quidam pro concupiscentijs, delitias seu uoluptates legunt, non aliud sensum facit: concupiscentia enim per voluptatem, & delectationem militat, dominaturq; in membris nostris.

II.

OCCIDITIS & zelatis.

ALII pro occiditis, legunt iniuidetis: sed & id eundem sensum facere potest, qui n. iniuidet, spiritualiter occidit, & se, peccando, & illum, cui iniuidet, iniuidendo, dolet, n. de proximi.

**bōno, et quod in se est, animo occidit quem odit, iuxta illud,**  
**qui fratrem suum odit, homicida est.**

III.

**A N** putatis, quod inaniter scriptura dicat, ad  
inuidiam concupiscit spiritus.

**I L L E** huius sensus probandus uidetur, quo significari quida  
dicunt, spiritum diuinum ad inuidiam in nobis concipi  
scere, id est nostri amore flagrare, usq; ad inuidiam, ut s. more  
humano inuidere videatur ijs, qui nos ab ipso alienant, amo  
req; nostrū ei debitū ad se trāferunt, paratumq; esse ad se  
humiliter redeuntibus, gratiā eamq; cumulatissimā elargiri,  
hominū aut id cōtemnentiū superbiā nō passurū inultam. Ha  
betur autē prior locus Exodi xx. posterior uero prou. 3.

IV.

**M A I O R E M** autem dat gratiam.

**E**x hoc etiam loco cōuinci poterant, qui negabant spiritum san  
ctum esse Deū, quāuis, nihil sit tā uerū, quod à proteruis nez  
gari nō possit, neq; tā manifestū, quin eorū calunijs pateat.

V.

**R E S I S T I T E** Diabolo, & fugiet à uobis.

**V E L** hic locus eos negligētē cōdemnat, qui frequentius à Dœ  
mone impugnātur, quia cū, si resisterent, fugarent, uel illud  
solū indicat, si quis Diabolo uehemēter resistat, hūc ab eo nō  
bil mali passurū, quod is fugatus, iā quasi absens effet, noce  
re nihil possit.

VI.

**A P P R O P I N Q U A T E** Dœ, & appropinquabit uobis.

**H I S** uerbis, uel illa significatur hominis dispositio, qua (et si nō  
sine eius præueniēte gratia) ad Dœ accedit, uel mētis iā deo  
gratiae ad eū per bonas operationes accessus. Appropinquat  
aut Deus, aut per iustificatię gratiā, aut per gratiā augmētū.

VII.

H A N C autem Dei præventionem , seu præuenientem gradum , intellige aliud esse longeque diuersum ab eo motu siue actu , quo quis dicitur Dei motioni acquiescere , alioqui nullus a deo moueretur , quin idem acquiesceret , nullusque inueniretur , qui Dei gratia resistere diceretur .

VIII.

P V R I F I C A T B corda duplices animo .

D U P L I C E S animo , dici uidentur , qui non firmiter in arca repto proposito uitaeque ratione persistunt , sed cum Deo seruire cœperint , rursus ad mundum , peccataque pristina relabuntur , quasi alio iam uiuentes animo atque antea uixerant . immo quasi non unum antea , sed duplitem animū habuissent .

IX.

Q V I iudicat fratrem suum ,  
iudicat legem .

I L L A M nimirum suo factō condemnans , quæ id fieri prohibet ; potest ergo id ad illos referri , qui aliorum opera bona condemnant , in eoque legem iudicare uidentur , quæ bona opera probat . Quod si ad malorum operum iudicium sententia hæc referatur , illos dicit legem condemnare , qui quos lex ipsa fert tantisper dum resipiscant , dignos iam supplicio , puniendosque iudicant .

X.

P R O eo ut dicatis , si dominus uoluerit etc .

I D non tam est religiosè accipiendum , ut necessarium quis credat hæc uerbis exprimere cum de futuris loquimur , etenim ille Iacobi sententiam tenet , qui quamuis ita non dicat , ita sentit tamen ; in illorum namque hoc loco superbiam ergo inconcisum .

considerationem inuehitur, qui uel ita uiuunt, quasi nunquam  
sint morituri, uel sibi longam semper uitam pollicentur, pos-  
sum de eius probitate solliciti.

## X I.

**S C I E N T I** igitur bonum facere, & non facienti,  
peccatum est illi.

**B O N V M**, hoc loco intellige ad salutem necessarium, non illud  
quod supererogationis dicitur. Vult autem Diuus Iacobus,  
Deum illorum excusationem non accepturu, qui ea facere ne-  
glexerunt, quae ex lege facienda esse intellexerant: immo  
neq; eorum, qui cum possent intelligere, non curarunt: seruus  
enim qui non cognouit voluntatem Domini sui, plagis etiam  
uapulabit. **I N C A P . V .**

**Affertio prima.**

**E**t manducabit carnes uestras, sicut ignis.

**I**DEB S T , punicmini simili quoddammodo supplicio, ut excedatam  
carnes uestrae, non quidē illa argenti uestri aerugine, sed igne  
eterno, propter peccatum, cuius, & aerugo illa testimonium  
erit, & memoria uos uebementer torquebit.

## II.

**T H E S A U R I Z A S T I S** uobis iram in  
nouissimis Diebus.

**S**I V E ita legas, siue ut alijs habent, thesaurizastis in nos  
nouissimis diebus, sensus est; propter thesauros quos in senes-  
tatem congregarunt, cum essent in pauperes distribuendi,  
manere eos iram Dei in futuro iudicio.

## III.

**I N** Die occisionis.

**S**I precedentibus iungatur, significat illis omne ferè uitæ tem-  
pus fuisse ī delitys, et quasi mactata uiictima, festum semper

eos uoluptatis egisse: si cum sequentibus connectas, referri potest ad Christi mortem quem in paschate die nimirum im molandæ uictimæ occiderunt: uel ita intelligi, in die qua uobis placuit, quaq; occidere constitueratis.

III.

A D D I X I S T I S & occidiſtis iuſlum.

Q V A M V I S id malis Christianis dici uideatur, si quis tam men hec illis etiam dicta intelligat, qui fidem non suscepere vident, nihil video esse absurdum; nam & superius (ut quibusdam placet) eorum diuitum facta est mentio, qui fideles, utpote infideles ipsis, persequabantur. Nec desunt qui hoc loz co id, de se, Iacobum prophetice prædictissime existiment.

V.

N O L I T E ingemiscere, in alterutrum.

I D E S T, ne iniūiem conqueramini cum afflictionibus uexamini, sed ferite patienter, ne propter impatientiam à gratia excidatis; nec scilicet fructu tribulationum fraudemini, sed & in Dei iudicium incidatis, uel in alterutrum, id est, né aliquis in aliud insurgat, sed quisque proximi sui onera æquo animo ferat, potest & is sensus esse, ne cum uideritis alijs res prosperè succedere, agrè feratis, & turbemini, quasi qui deserit uidcamini, & plus æquo grauari.

VI.

E T finem Domini uidiſtis.

I D E S T, ut eum Dominus in illis positum calamitatibus nō descruerit, sed post labores tamen multos patienter toleratos opibus auxerit, & filijs, nec uero illa interpretatio reicienda est, qua quidam uolunt, eos mortis Christi, quem Domini finem uocat, admoneri. VII.

N O L I T E iurare,

27

**N O N** prohibet iurare, sed admonet, ut curent adeo ueri eſe in sermone, ut opus non sit iuramēto, quod fiet, ſi quod affirmant, ita fit, quod negant, non fit: id enim eſt quod eit, ut eſt, fit eſt, & non, fit non.

VIII.

**V T** non ſub iudicio decidatis.

**Q V I D A M** legunt, ne in ſimulationem incidatis, ſenſus igitur eſt, ne aliquando uos ſimulare contingat, & à ueritate diſcedere, atq; ea cauſa in condemnationem incideſt.

IX.

**A E Q V O** animo eſt, pſallat.

Significat eum qui laeto eſt animo, quod ei res ſuccedant ex ſentia, non eſſe quod ſeſe efferat: ſed Deo gratias tum age re oportere.

X.

**I N F I R**matur qſ in uobis, iſducat Presbyteros etc.

**E**x hoc loco ſumi poſſe ſacræ unctionis ritum, immerito profeſſio mihi quidam negare uidentur, cum apertè, quod nunc Ecclesia obſeruat, id Iacobus apertiſ admodum uerbis expreſſerit: meminit enim hoc loco, & infirmitatis, & uincionis, formæ præterea ſacramēti (quā fidei orationē uocat, qſ fit quædam fidei protestatio, fidemq; ſuſcipientis regrat, quodq; in Chriſti fidei ſalutē conferat) deniq; ipſius ſacramēti effectus mētionē facit, quod præterquām quod à peccatis liberat, ſanitatē quādoq; priſlinā, ſi ita expediat, ſuſcipenti, reſtituit.

XI.

**C O N F**itemini alterutrum peccata ueſtra.

**H**I N C nō exiſtimamus neceſſario colligi qcquā de ea cōfeſſione que fit ſacerdotibus, cū de illa tantūmodo loqui uideatur, qua qſ ſe peccatorē cōfeſſus, ab alio petit, ut pro ſcōret, quod à pīs religioſisq; uiris uidemus fieri quām ſcēpiffimē.

D y

**E**T O P E R I T multitudinem peccatorum.

**V**B L illius quem à morte liberat, uel suorum; uidetur enim q  
in proximum est misericors, merito suorum accipere remissio  
nem peccatorum, ut qui charitatis, & misericordiae plenum  
opus, atq; adeò Deo quam gratissimum fecerit.

**I**N IVDAE Apostoli Epistolam,  
Assertio prima.

**Q**uod de Iacobi Epistola auctoritate superius diximus;  
idem de Iudee Epistola uolumus intelligi: hoc unum adden  
tes, cam post Pauli, Petriq; Epistolas ( quantum licet coniuge  
cere) fuisse scriptam. Deditse uero scribendi occasione (ut  
quidam aiunt, & Epistolæ contextus indicat) quosdam illius  
tempestatis Hæreticos, in quos tota ferè epistola inuehitur.

**I**N DEO Patre dilectis.

**Q**uod quidam pro dilectis, sanctificatis legunt, nō aliud sa  
gnificat, nam & per Dei dilectionem sanctificamur, et qui  
sanctificatus est, Deo est dilectus.

**E**t C H R I S T O I E S V  
conseruatis, & uocatis.

**I**DEST, qui per Christi redemptionem seruati sunt, et per  
eius misericordiam in lumen (ut inquit Paulus) admirabile  
uocati, potest etiam, ut quibusdam placet, conseruatis, eò re  
ferri, ut quia non confenserant hæreticis, quorum hic Iudas  
mores, uiamq; describit, ideo seruati, seu cōseruati dicātur.

**O**MNEM solicitudinem faciens scribendi uobis etc.

**H**I C

**HIC EST HVIVS LOCI** sensus, cum maxi-  
mè essem solitus de communi uestra salute; neceffarium  
existimauit ad uos scribere, obfcrans atq; horzans, ut pro fes-  
tis accepta à uobis, sanctisq; oibus, fide, summa cōtentione cer-  
tatis, ne impiorum haereticorum callidis persuasionibus decepti,  
quam Dei misericordia, & gratia accepisti, uestra ipfi ne-  
gligentia amittatis.

v.

**T R A D I T A E** feme fidei.

**HOC** quia non intelligent haeretici, noua comminiscuntur;  
sed & quod sequitur uox est, eos esse in hoc iudicium praes-  
criptos.

v i.

**P R A E S C R I P T I.**

**I D E S T**, Dei arcano confilio destinati, non quidem quasi ei à  
la impiorum malitia placeat, sed quia nouit etiam malos illos  
rum animos ad electorum bonum, salutemq; referre, uel pre-  
scripti, idest ab Apostolis prædicti, uel in ueteri testamento  
figurati.

v ii.

**D O M I N I** gratiā transferentes in luxuriam.

**A B V T**ebantur enim hi scripturæ sensibus, & libertate Chris-  
tiana, eamq; ad propriam libidinem, animarumq; perniciem  
conuertebant.

v iii.

**S O L V M** Dominatorem, et Dominum Nostrū  
Iesum Christum.

**S I I T A** legas, non negatur hoc loco aut patrem, aut spiritum  
sanctum, Domini esse, sed more scripturæ, quod in his que  
communia sunt, de una persona dicitur, de alijs etiam est in-

telligendum, alioqui dictionem, solum, ita posuit, quasi dicat,  
cum tamen ipse sit dominator omnium, & Dominus.

## I X.

### NEGANTES.

I D Dicit, uel quia factis negabant, uel quia de Christo male sentiebant.

x.

### C O M M O N E R E autem uos uolo etc.

I D E S T, & id seu hæc omnia (et si scitis) uobis tamen in memoriā uolo redigere: ut s. Dominus ultus fuerit iudæorum iniquitatem, cum eductos ex AEGypto secundo. i. deinde persiderit in deserto: Angelorumq; superbiā, qui suum principatum, id est acceptam in sua origine, & creatione dignitatem amiserūt, uinculis alligauerit, eos in diem iudicij seruās, maiori supplicio puniendos, sodomitas etiam, & quicunq; finitimorum, carnem alienā securi, se nefando crimine polluebant, igne æterno puniuerit.

X I.

### M A I E S T A T E M blasphemant.

I D E S T in dignitate & præsertim ecclesiastica constitutos: hoc autem loco, ut & tota Epistola mirificè lutheranos despingit, qui & dominis parere contemnunt prætextu Euangelie libertatis, & Romane Apostolicæq; Ecclesiæ dignitatem, & gloriam blasphemant, in dei maiestatem, Christi q; gloriam iniurijs, impiissimi profecto homines, & æterno damnationi supplicio.

X II.

### C V M Michael Archangelus etc.

H A E C que fuerit altercatio, certum non est, neq; id unde Iudas habuerit: probabile tamen esse quidam existimat, cum Moysi corpus ab Angelo fuisse sublatum, ne à propensijs

iudæis ad idolatriam, adoraretur ut deus, restitisse ei diabolum, cui cù Michael posset maledicere. i. male præcari, tatum eum ijs uerbis fuisse allocutum, imperet tibi, seu increpet te Dominus.

## XIII.

## MACULÆ in epulis conuiuantes.

**E**T Si quidam huius loci putant commodiorem è græco translationē futurā, si ita legatur, hi sunt q in conuiuijs suis, seu uestris, tanquam cauernosæ, atq; adeo periculosæ in mari rupes intrepidè conuescuntur, seq; ipsi pascunt. Illorum tamē sententia magis probanda uidetur, qui propter simile in epistola Petri locū, unde hic sumptus uidetur, maculæ, legendū putant, ut nostra habet translatio,

## XIV.

## ARBORES autumnales.

**V**T Arbores in autumno decidentibus folijs, sine fructu sunt, quòd si non sit spes fore ut fructum ferant, eradicantur; ita isti, quòd non solum infrugiferi sint, sed & perni ciem afferant, æternis ignibus sunt destinati. Alij alium huius loci sensum afferunt, sed parum referre arbitror, dum res intelligatur.

## XV.

## SYDERA Errantia,

**I**• **Q**VAE non semper eodē in loco oriuntur, neq; per omnia sunt motui superiori subiecta, cum proprios & ipsa motus habeant, uel impressiones igneas intelligit, quæ facile, cum apparuerint, euancescunt. X V I.

Prophetauit aut̄ de his septimus ab Adā Enoch.

**E**TSI PROPHETIA hæc nec extat, (quòd sciā) nec cum extubat autoritatem habuit, uerum tamen id fuisse, quod hoc loco dicitur, dubitandum non est.

XVII.

ET Hos quidem Arguite Iudicatos.

SI ita legas, sensus est; cum iudicabitis errare, certumq; eris  
peccasse eos, arguite; uel iudicatos, idest q; iam iudicati sunt.  
Si uero legas, cum iudicamini; sensus erit, agnoscentes infira-  
mitatem propriam, miserantesq; eorum errores, miti admoni-  
tione corrigite, odio prosequentes, non eos quos corrigitis,  
sed eorum uitia, que a carne manant, animam ipsam, ut tuni-  
ca quedam sordida, circundante.

HAB C, & si que alia ex illis duabus Epistolis hic præteri-  
ta uidetur, omnia, diuinæ gratia præsidio adiuti, defens-  
demus.

Deo LAVS.